

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,  
PHARMACA QUÆDAM PHAR-  
MACOPÆÆ SVECICÆ  
ADDENDA  
PROPONENS,

QUAM

VENIA EXPER. FACULT. MEDIC. ABOËNS.

PRÆSIDE

**D. GABR. ERICO HAARTMAN,**

*Med. Pract. Prof. Publ. & Ord. Ordin Imperial. S. Annæ in  
secunda & S. Wolodim. in quarta Classe Equ. Aurat.  
Reg. Acad. Scient. & Societ. Patr. Holm. atque Oecon.  
Fenn. Membro, nec non Imperat. Med. Chirurg.  
Petro-pol. Academiae Correspondente.*

PRO GRADU DOCTORIS

P. V. S.

**CAROLUS REGIN. SAHLBERG,**

*Hist. Natur. Docens, Societ. Imper. Oecon. Fenn. Membrum,  
& Stipend. Haartman.*

In Audit. Novæ Aedis Acad. Medico d, XV Junii MDCCCX.  
H. a. & p. m. s.

---

**ABOÆ, TYPIS FRENCKELLIANIS.**

EXPERTISE IN INDUSTRIAL MEDICAL

PHYSICIAN CONSULTANT

LABORERS' PHYSICIAN

ADDENDA

PROPOSALS

1911

THE NEW YORK BOARD OF MEDICAL EXAMINERS

BY

DR. CARL ERIC HARRISMAN

DR. CARL ERIC HARRISMAN, M.D., is a graduate of the University of Michigan, where he received his M.D. in 1904. He has since that time been engaged in the study of industrial medicine, and has been a member of the American Association of Industrial Physicians and Surgeons since its organization in 1907. He is also a member of the American Medical Association and the American Society of Sanitary Engineers.

PROFESSOR OF INDUSTRIAL MEDICINE

1911

CAROLUS REGIM. SARRERRE

DR. CAROLUS REGIM. SARRERRE, M.D., is a graduate of the University of Turin, where he received his M.D. in 1904. He has since that time been engaged in the study of industrial medicine, and has been a member of the American Association of Industrial Physicians and Surgeons since its organization in 1907. He is also a member of the American Medical Association and the American Society of Sanitary Engineers.

DR. CAROLUS REGIM. SARRERRE, M.D., is a graduate of the University of Turin, where he received his M.D. in 1904. He has since that time been engaged in the study of industrial medicine, and has been a member of the American Association of Industrial Physicians and Surgeons since its organization in 1907. He is also a member of the American Medical Association and the American Society of Sanitary Engineers.

ADOLETTE, PARIS FRENCH



**E**a est vis ingenii humani, ut studio vix ullis difficultatibus abstreri nescio, ad perfectiorem ac certiorum rerum cognitionem ducatur; ea est rerum creatarum natura, ut, etsi primo intuitu haud parum obscura, attamen diligentiori & saepius repetita disquisitione propius cognoscenda, infatigabili huic discendi cupidini materiam supenditet inexhaustam. Nullam igitur vel Artem vel Scientiam uno eodemque tempore esse natam, exultam insimulque perfectam, sed quamque a levisimis exortam initiis, multa per saecula multorum virorum assiduis adhibitis laboribus, in illud, quo jam eminet, paullatim provecum esse fastigium, facili negotio intelligimus. Therapeuticam hoc quoque cum caeteris Scientiis commune subiisse fatum, Historia testatur Medicinæ. Eo plaribus nimirum obnoxia fuit vicissitudinibus, quo saepius mutata fuere Systemata, quæ, fallacium interpretum instar, ad explicanda phaenomena corporis humani tam sani quam ægroti, effingere sategerunt harum rerum curiosiores investigatores. Quas antiquioribus temporibus Medici secuti sunt morbos curandi methodos, non est cur hoc loco commemorem, quamobrem neque eorum temporum Pharmacopolia hac occasione examinare constitui. Recentissimas autem Therapeuticæ mutationes, quatenus Pharmacopoliarum instructionem spectant, leviter attingere iuvabit.

Celeberrimus itaque BROWN, cujus quidem Systema, licet aspera Clarissimorum Virorum censura castigatum, præcipuum fere hodie exhibet ratiocinandi in Medicina fundamentum, duplicem solummodo esse status morborum varietatem agnovit: Hyperstheniam nimirum unam & Astheniam alteram. Hinc non nisi duplicem medendi methodum: Asthenicam puta & Sthenicam, duplicemque eadem ratione in medicamentis agendi methodum, debilitantem scilicet & roborantem admisit, reliquas eorum vires, propriam nempe, quam specificam quoque Medici appellant, vel alterantem plane prætermittens. Omnes itaque morbos remediis aut vires vitæ excitantibus aut deprimentibus levare, ex præceptis amatissimi Systematis sategit tota Schola Browniana. Quo facto multa profecto pharmaca, ob vim quandam specificam olim laudata, e Pharmacopoliis exsularunt, vel saltem, in oblivionem venerunt. Sed non longo opus fuit temporis spatio, quo experientia Clinica cordatioribus Medicis persvaderet, solam stimuli quantitatem ad moderandam incitationem non sufficere. In permultis enim morbis, licet eos vel Sthenicos vel Asthenicos jure quodam appellarent, nihil profuit quodcumque remedium debilitans vel excitans adhibuerint, juxta quamvis observata stimuli quantitate, quando reliquæ prætervisæ fuere eorum qualitates. Sic exempli gratia Anthelminthicorum contra Vermes, Mercurii in Lue venerea usum specificum quasi de novo agnoscere necesse fuit. Quid? quod ipsissimi Browniani ad usum remedium specificorum haud raro refugiunt. Ex nupera porro Chemicæ, ut loquantur, Animalis Theoria, satis superque docemur, pharmaca non incitando solum vel debilitando in corpora agere organica, sed Chemicam quoque quandam exercere vim. Phosphori verbi causa usum in Carie osium ex Chemicis explicandum esse principiis, quis non videt? Quæ cum ita sint, Pharmacopolia ita instruenda esse patet, ut in iisdem non solum  
ejus-

ejusmodi inveniantur pharmaca, quæ statui Hypersthenico vel Asthenico in univcrsum moderando inserviant, verum etiam illa, quæ methodum morbos curandi specificam propius respiciant

Pharmacopœa Svecicæ, quoties denuo edita est, toties emendatior quidem magisque castigata in publicum prodiit. Sed neque adhuc omnibus numeris perfecta censerî potest. Ex altera parte nimirum enumerata obvveniunt pharmaca, quæ, propter rarissimum eorum usum, exterminanda esse videntur, ex altera autem multa in eadem desiderantur, quæ ex recentissimorum observatis atque experimentis summæ utilitatis laudem sibi vindicant. Specimen Medicum edituro non indignum mihi visum est, nonnulla proponere pharmaca, quæ Pharmacopœæ Svecicæ, utpote in Finlandia nostra adhuc usitata, inferenda esse putavissim, aliis, quæ circa eliminanda essent observanda, relinquens. Quod factururus ordine alphabetico Simplicia primum, deinde Præparata atque Composita enumerare constitui. Ad quodvis autem pharmacum, ubi Synonyma, Nomen systematicum locumque natalem præmifero, exempla proferre juvabit morborum, quibus sanandis, ex recentiorum Medicorum experientia, idem esse adhibendum credidi. Ut hic vero conatus non omnino displiceat, mitiorem cujusvis Lectoris vehementer exopto censuram.

### *Pharmaca Simplicia.*

Augustura, Cortex (C. Augustinus C. Augusturæ  
C. Bruceæ) Brucea ferruginea WILLD. (e Magnolia glauca hunc corticem sumi asserit Heijne?)

A 2

EX

Ex *America, St. Trinidad, Africa, Abyssinia.*  
*Arborea.*

Ob vim roborantem, tonicam, antisepticam laudarunt in febribus intermittentibus: WILLIAMS, HAGSTRÖM; in febribus nervosis: BRANDE; contra Dysenterias & Diarrhœas: FILTER, BRANDE; in debilitate Stomachi & Colica: ODHELIUS, WITHERING, EVER; in Gangræna & Ulceribus malignis: WILKINSON.

*Astragalus. Radix.*

*Astragalus exscapus* Willd. Ex *Germania, Hungaria. Perennis.*

Vis diuretica & diaphoretica. In morbis Rheumaticis & Arthriticis; HUNCZOVSKY; in Lue venerea CONSRUCH radicem adhibuerunt.

*Barytes (Barotes l. Spathum ponderosum)*

*Baryta Sulphurica nativa.* Ad Barytis falsi præparationem utilis.

*Carbones vegetabiles.*

Vis stimulans externe mundificans, præterea dubia, idesque vaga laus. In Phthisi ARNET, PIEPONERING; in Ulceribus: SIMMONS; in Scabie & Tinea capitis: CONSRUCH, THOMANN; contra Scorbutum: HUNOLD & SCHAUB.

*Carex arenaria. Radix. (Gramen rubrum. Sarsaparilla germanica.)*

*Carex arenaria* W. In *Svecia. Perennis.*

Vis evacuens per diuresin & diaphoresin. Utpote villoris pretii emendam loco Radicis Sarsaparillæ eam substituendam

dam esse docent HORN, ARNEMAN. In Ulceribus malignis, in febris lenta hectica laudat CONSRUCH.

*Colchicum. Radix.*

*Colchicum autumnale* W. In Eurupa. Perennis.

Vis diuretica est. In Hydropse valde utilis secundum experientiam STÖRK, PLENK, COLLIN & ROUX.

*Dolichos pruriens. Setæ siliquæ hirsutæ.*

*Dolichos pruriens* W. Ex India. Arbor.

Vim ejus Anthelminthicam laudant PAIVA, ARNEMAN; CONSRUCH.

*Geoffroya. Cortex.*

*Geoffroya surinamensis* W. E Surinamo. Arbor.

Vis evacuans anthelminthica. Contra Lumbricos & Ascarides adhibuerunt VOLTELEN, JULIAANS; contra Tæniam: SCHWARZ. Gastricam labem pituitosam, solidorum relaxationem, Obstructiones lentas, Asthma humidum pituitosum levare monet THUNBERG.

*Helminthochorton. (Corallina corsicana. Conferva helminthochortos. Corallina melitochorton. Lemithochorton.)*

*Fucus Helminthochorton. L. ad littora Corsicæ in rupibus mari inundatis.*

Vim Anthelminthicam exferit, ideoque contra Vermes adhibendam esse monent SCHÆFER, HORN &c.

Hippo-

**Hippocastanum. Cortex.**

*Æsculus Hippocastanum W. Ex Asia septentrionali.  
In Svecia culta. Arbor.*

Vim roborantem, tonicam, antisepticam, antifebrilem experti sunt: in febribus intermittentibus & debilitate organorum digestionis KREYSIG; contra Hæmorrhagias asthenicas uteri, Hæmorrhoides, Fluorem album, Diarrhœas chronicas: HUFELAND; contra Schrophulas CONSBRUCH.

**Hirudines vivæ.**

*Hirudo medicinalis L. Aquas incolens.*

Sangvinis exfugendi gratia, in inflammationibus topicis, ad incitationem ac congestionem topicam minuendam quotidie a Medicis admoventur.

**Kino. Gummi.** (*Gummi Gambiense. Gummi rubrum adstringens.*)

*Planta ignota.*

Ut adstringens & roborans laudatur in Hæmorrhagiis asthenicis & Fluore albo inveterato a FOTHERGILL, HORN, ARNEMAN; in Dysenteria chronica ab HECKER; in Diarrhœa a CONSBRUCH,

**Lactuca. Herba.**

*Lactuca sativa & Scariola W. Europæa. Annua.*

Vis sedans, narcotica, diuretica. Succum Lactucæ easdem proderè qualitates, quas Opium, docet COXE. Contra Schrophulas adhibuit CONSBRUCH.

Mag-



**Magnesia nigra.** (*Manganefum oxydatum nativum.*  
*Lapis spurius. Magnesia vitriariorum.*) *In Fo-*  
*dis Saxoniae praesertim occurrens.*

Ob copiam Oxygenii, qua est insignis, quod ad aërem purificandum in Nosocomiis cæterisque locis multitudine hominum repletis, cum fructu adhibeatur, ut in Pharmacopœa Svecica locum obtineat, inprimis est digna. Contra Scabiem præterea eam laudant GRILLE, HÜFELAND; contra luem veneream & Herpetem KAPP.

**Phellandrium. Semina.** (*Fœniculum aquaticum.*)

*Phellandrium aquaticum W. In Suecia. Biennis.*

Vires vitales excitat. Adhibuerunt hæc semina in Phthisi: STERN, HORN, SELIG, CONSRUCH; in Tussi ferina: STERN; in ulceribus serophulosis & malignis STAMMLER, AENEMAN; contra ulcuscula pulmonum: HERZ, & contra Vermes STERN.

**Quercus Glandes.**

*Quercus Robur W. In Suecia. Arbor.*

Uti roborans tonicumque commendarunt in febris intermittente: AUENBRUGGER; in Debilitate intestinorum, flatulentia, Diarrhœa chronica, Malo Hypochondriaco: WEIKARD; in Arthritide: AENEMAN; contra fluorem album & Serophulas: CONSRUCH; contra Atrophiam infantum KAUSCH; in Phthisi pulmonali MARX.

Rho-

**Rhododendron.** *Stipites, Folia.*

*Rhododendron Crysanthum* W. *E. Siberia. Arborea.*

Ob vim incitantem, diaphoreticam laudarunt contra morbos Rheumaticos & Arthriticos GMELIN, PALLAS, KÖLPIN; contra Podagram GRUNER; contra dolores renum ZAHN; contra Exanthemata ARNEMAN.

**Sago.** *Grana.*

*Cycas circinalis* L. *C. revoluta* THUNB. *Ex india orientali. Arbor.*

Vis nutriens demulcens. Eodem scopo & meliori interdum cum succesu adhiberi possunt, ac cætera demulcentia, quibus uti inter Medicos mos est.

**Urtica.** *Herba recens. Flores. Semina.*

*Urtica dioica* W. *In Suecia. Annua.*

Vis incitans. In febris intermittente laudat ZANETTINI; contra Vermes ARNEMAN; in Phthisi pulmonali succum herbæ recentis vere adhibitum magnòpere commendavit Celeberrimus quondam ad hanc Academiam Professor F. HAARTMAN.

*Pharmaca Præparata & Composita,*

**Acidum Nitri oxygenatum.**

Vis incitans. Usus in Affectibus Siphyliticis frequens

**Acidum Phosphori.** *Pharm. Borusf.*

Vis incitans, Osteogenesin promovens. In febribus nervosis & Hæmorrhagiis aëthanicis adhibuit HENNIG; in Phthisi,

Phthisi, Rachitide & plerisque osium morbis HERDER; in Arthritide HUFELAND; in Carie osium LENTIN, HEJNE, STROHMEJER.

**Aether aceticus.** (*Naphita Aceti*) *Disp. Lipp.*

Vis incitans, antispasmodica. Contra Spasmos usus est SEDILLOT; in Rheumatismo & Arthritide SEDILLOT, DESPARANGES.

**Aether Phosphori.** *Annales de Chimie Tom. 40 p. 123 sqq.*

Vim stimulantem in Paralyfi & Atonia sæpius expertus est GAUTHIER-CLAUBRY.

**Barytes salitus.** *Disp. Lipp. (Terra ponderosa salita l. muriata. Baryta muriatica.)*

Vis stimulan. In morbis Systematis lymphatici & Glandularum valde laudarunt CRAWFORD & HUFELAND; contra Scrophulas KAUSCH, ARMSTRONG; contra Vermes & Mensium suppressionem HUFELAND.

**Calx Antimonii sulphurata.** *Hufel. Journ. III. B. p. 786. (Calx Antim. sulph. Hoffmanni. Calcaria sulphurato-sibiata.)*

Vim stimulantem habet. HOFFMAN hoc præparare docuit pharmacum, & in Rheumatismo chronico atque Arthritide valde laudavit, quod Hufeland l. c. IV Vol. p. 32 confirmat. In Scabie, Affectibus hæmorrhoidalibus & exanthematicis frigidis, Asthmate, Scrophulis, Herpete, l. c. p. 36 sqq.

B

Calx

**Calx salita l. muriata. Pharm. Borusf. (Terra calcarea salita.)**

Eandem habet vim quam Barytes salitus, ideoque a multis commendata est.

**Elixir Acidum Halleri. Disp. Lipp. (Aqua Rabelii. Mixtura sulphurico-acida.)**

Vis roborans. Præstantissimum hujus usum testantur: in Symptomatibus Hystericis, Hypochondriacis & Epilepticis WEIKARD; in Hæmorrhagiis asthenicis & Exanthematibus acutis chronicisque HORN; contra Menfes nimias, Scorbutum CONSBROUCH; contra Pollutiones nocturnas WICHMAN.

**Elixir Anticatarrhale Selig.**

Egregius in affectibus catarrhalibus asthenicis est usus. Cfr. Hufeland Journ. I. B. p. 337.

**Extractum Belladonnæ. Disp. Lipp.**

Vis stimulans & narcotica. In Mania & affectibus canerosis sæpe laudatur. In iisdem præterea casibus, quibus prodest extractum Aconiti, hoc quoque adhiberi posse monet HORN.

**Extractum Chamomillæ. Disp. Lipp.**

Vis incitans. Laudatur in morbis cachecticis & nervosis ab HORN & ARNEMAN; in ulceribus malignis a COLLEBUSCH in Hufel. Journ. III. B. p. 121 & CONRADI, cariosisque Sv. Vett. Ak. N. Handl. T. 23 p. 227; contra spasmos & Convulsiones hystericas CONSBROUCH. In Scrophulis & Cancro.

**Extractum Nucis vomicæ.** *Tromsd. Journ. des pharm. VI. B. I. St. p. 114.*

Vis stimulans. Commendant hoc extractum in Gonorrhœa virulenta HANDEL; in Dysenteria FISCHER.

**Ferrum salitum l. muriatum.** *Disp. Lipp.*

Vim roborantem laudant in Rachitide, Atrophia infantum, contra Schrophulas & in Chlorosi NEUMAN, HUFELAND.

**Hepar Sulphuris.** *Disp. Lipp.*

Vis incitans, resolvens, diaphoretica. In Rheumatismo chronico, Arthritide, Paralyfi, Colica ex venenis, Indurationibus schirrholis viscerum adhibuit THILESIUS; post abufum Mercurii ad coërcendum nimium falivæ effluxum, contra venena saturnina & Arfenicum HORN, ARNEMAN, CONSERUCH.

**Hydrargyrus solubilis Hahnemanni.** *Disp. Lipp.*  
(*Mercurius præcipitatus solubilis. Mercurius niger. Hydrargyrum oxydulatum nigrum. Turpethum nigrum.*)

Ob Sialagogam vim, quam cum cæteris e Mercurio præparatis pharmacis communem habet, valde laudatur in morbis venereis ab HAHNEMAN, HUFELAND, SCHLEGEL. In Amaurofi commendavit LENTIN; contra Schrophulas CONSERUCH.

**Hydrargyrus phosphoricus.** *Pharm. Borusf.* (*Hydrargyrum phosphoricum.*)

Contra Morbos & Exanthemata venerea laudatus a SCHÄFER, HEROLD.

**Linimentum Saponato-camphoratum.** *Pharm. Boruss.*  
(*Balsamum Opodeldor. Linimentum Saponis.*)

Incitans est vis. In Hæmorrhagiis asthenicis commendant HOPF, HORN; in inflammationibus asthenicis, in Spasmodicis hystericeis, in tumoribus frigidis, in Paralyfi HORN. Externe adhibitur.

**Moschus artificialis.** *Disp. Lipp.* (*Resina Succini balsamica.*)

Vis excitans. In Tussi ferina loco Moschi veri hunc adhibuerunt HUFELAND, LEWIN, & CONSRUCH; in Dysenteria LEWIN.

**Naphta Aceti Martialis.** *Allg. Med. Annal. des Jahrs 1801 p. 784.* (*Tinctura Acetici-atherea Klapprothi.*)

Ob vim incitantem & tonicam in gravioribus ventriculi & nervosis morbis summopere commendant KLAPPROTH & HUFELAND.

**Phosphorus.** *Disp. Lipp.*

Vis valde excitans. In febribus putridis nervosis, exanthematicis CONKADI, MOFFAT, WEIGEL adhibuerunt; in Arthritide, Rheumatismo HUFELAND; in Paralyfi, Epilepsia, Tetano HUFELAND, ARNEMAN.

**Potio laxans Viennensis.** *Pharm. Wirt.*

Ufus scopo laxandi egregius & frequens est.

Syrus

**Saccarum Lactis.** *Disp. Lipp. (Sal esentielle lactis.)*

In obstructionibus viscerum, Hæmorrhoidibus, Phthisi  
a Medicis plerisque adhiberi testatur HORN.

**Syrupus Mercurialis Plenckii.** *Pharm. Svec. Ed. III.*

In Affectibus venereis infantum adhibetur.

**Tinctura Anodyna Lentini.** *Disp. Lipp.*

Vis stimulans. Usus in Affectibus nervosis, febribus  
asthenicis præsertim nervosis & Hysteria frequens.

**Tinctura Cinnamomi.** *Disp. Lipp.*

Quemadmodum incitans remedium valde commendatur  
ab HORN; in Menorrhagia ex debilitate ab ARNEMAN.

**Tinctura Coccinellæ.** *Allg. Med. Annal. des Jahrs  
1802 p. 678.*

In Odontalgia adhibita est felici cum successu a CAR-  
RADORI, HIRSCH & SAUTER; in doloribus rheumaticis & Pro-  
sopalgia a SAUTER,

**Tinctura nervina Bestuschef.** *Pharm. Wirt.*

Vis antispasmodica, egregia. Usus frequens est in  
Affectibus Hystericis,

**Ungventum Jasseri.**

In Scabie commendat JASSER vide Schmuck. Ver-  
Schr, III Th. p. 171.

Ung-

**Ungventum salitum oxygenatum Deinmanni.** *Allg. Med. Annal. des Jahrs 1802 p. 830 des Jahrs 1803 p. 367.*

Laudatur in variis morbis cutaneis pertinacioribus & in Scorbutica gingivarum corruptione a **DEINMANN**; in Tinea Capitis & Scabie a **BINKMANN**.

